

mollium, dorfum, & cauda falitorum magno-
rum, vt etiam non falitorum mediocrium, &
paruorum nullus est vſus, vt nec diu mor-
tuorum iam, vel etiam qui viui contabue-
rint, ſeu extra aquam, ſeu in ea. Frixi, aut in
patina, cruſtata: item elixi ex iure albo. Poſt
ſunt ouorum recentium vitelli, ex gallinis
granis depaſtis, & loco liberiore, cum gallo,
iunioribusque admittuntur: & quaſi extra
ordinem etiam anferum iecora: ob ea, qua in
Phyſicis retulimus, ſunt omnino mollia, ſunt
dura, & coagulata generaliter praefenda in
vſu, ſi Hippocrati auſcultemus, exulabunt
tum maxime, (quod ille etiam praetermiſit)
quoniam nulli alij cibo tuto permilcentur,
aut iunguntur. Caſeus, butyrus recens non
falitus, candidus, mollis, quibus in vſu eſt
maxime exercentibus ſe nulli alij cibo per-
miſtus, quinto loco admilceri poteſt. Vinum
autem pro aqua ob vſum, ſed aqua multa re-
cipit auxilia ex ferri coctione, & his qua illi
permilcentur, vinum nihil per ſe melius ha-
bet aqua, niſi quoddam ciborum appetentiam ex-
citat magis, atque id generali ratione, confir-
mat enim os ventriculi. Illud ergo habenti-
bus imbecille, ac conſuetis, melius eſt, diſtri-
buit enim cibum celerius, licet Hippocrates
aquam edacem appellet. In vniuerſum niſi
eſſet difficultas parandi aquam, in longè
pluribus praeferremus, vt in pueris, mulieribus,
adoleſcentibus, male morigeris. Ex aquis
qua pluuia eſt, & qua probatur vt omnis vi-
tij expers. Septimo loco eſt vua paſſa, ſed re-
nui admodum cortice, & in hac qua maior
eſt, vt Prania, pinguis, dulcis, recens, ſed ſi
crasſo ſit cortice, nil peius, maxime penſilis,
& in hyeme tanto deterior, quanta prior me-
lior, ideo inter ancipitia numerari debet.
Quo enim conſilio hoſtem peſſimum in fau-
ſto tempore in domum excipiemus, quem
nulla arte expellere poſſe ſperamus: cortices
enim illi haerebunt perpetuo, inter caſulas
coli inſtini atque etiam orbi: Vt etiam pi-
ſorum quamvis elixatorum. Octauo loco pu-
legium, vt medicamentum cibale confirmat
enim omnia membra, & ſpiritus praecipue,
diſſoluit flatuſ, expellit atram bilem, ideoque
& omnia illi ſimilia, aut affinia: & iucundum
gultu eſt, odoremque ſuauem habet, velut &
Virgilianum anethum, quod adiuuat coctio-
nem flatum excellit, dolores ſedat, ſomnum
cõciliat, & vomitum cit molliter, auxilio fu-
turum, ſi quid infeliciter deuomuerit: quo in
genere, ſed non vt cibi, ſunt ruta, & caepa, aut
pro caepa, porrum. Et pro theriaca tetraphar-
maco habes iam rutam & ſalem, de quo
mox, pro ficu, vnam Damascenam, nux quo-
que in promptu eſt: hæc (vt dixi) modica,
detergunt ventriculum, & excitant cibi ap-
petentiam, dico velut capares, & haleculas, &
mel, ſed hoc mitius. Apud Galenum raphani
radices videntur, ſed per vomitum huic
membro propria. Sal lapideus quem vocat
ſal gemma. Galenus vtitur ſua hiera ſim-
plici, qua concinnata etiam, vt temporibus no-
ſtris ſolet optima eſt huic muneri. Dico à
ventriculo detergendo educit, mellis praeci-
pue ratione, euacuat humores crasſos, propter
aloem, & confirmat, aromatum cauſa. Alij
conficiunt catapotia ex turpetho, & gingibe-

re, ac ſaccharo, ratione continua dupla: nam
turpethum eſt (vt dici vulgariter ſolet) ven-
triculi ſcopa: ideo quidam compoſuere cata-
potia minora, ſeu ſecunda ex eodem genere:
nec diſplicet opinio eorum, qui ſapius elo-
tam aloem ſuccotrinam, aut turpethum, im-
miſcent, vt ablatis omnibus partibus ſolum
educat, & non trahat. Eo modo praeparabitur
ſuccus centaury minoris, cum pipere. Lau-
dantur diatrion pipereon valde, diacitonien-
ten cum pipere, diapoliticon, diacalamen-
tum, omnia ex herbis, aut ſeminibus, qua pa-
rum admodum contrita ſunt, vt vim ſero
ventriculo reddant, vltius non progrediun-
tur. Laudat ſales lamblichos Aetius etiam, ſed
quorſum? compoſitio laborioſa eſt, praeci-
pue ætate noſtra. Verum in aceto ſcilicito,
dicebat author tertij libri de facile parabili-
bus. Huius inuentor fuit Pythagoras Sa-
mius quem ferunt CXVII. annis vixiſſe illius
vſu, & incolumem, cum à L. annis ipſum in-
ceperit aſſumere: nil ſuperflui generari ſinit,
non bilem, non flatum neque ſtercus, aut vri-
nam, ſed aluum lubricam conſeruat. Horum-
que, & aliorum, author ille periculum feciſſe
teſtatur. Eruit etiam oſſibus excrementa inſi-
xa, deploratos phtificos ſanat, & comitiali
morbo diuturno opitulatur, incipientem ve-
rò ſanat. Ad podagras, articulorum dolores,
iecoris & lienis durities, valde vtile eſt. Vinu
autem ſcillinum ad pituitam diſſoluendam,
& per ventrem ac vrinas educendam, ventri-
culumque calefaciendum, vtilius etiam eſt
aceto: nam cum hoc ipſum corroborat, ca-
put etiam purgat proſus, & ſiccit. Ante ci-
bum binas vncias exhibeto, à cibo ſemiun-
ciam, quod ſi iucundius efficere velis, mellis
adicito partem ſextam, aut quartam, ſcilicet
ab initio, nam poſt XL. diebus ſuſpenſum (in
Sole ſcilicet) teneri vult. Quod in Sole oſten-
dit liber de Dinamidis: & quoniam neceſſa-
rium eſt, vt virtus tranſeat, aliter etiam pu-
treſceret, & quod eligat dies caniculares ad
hoc. Sed hic primùm eſt animaduertendum,
quod tanta miracula non debent mouere
quemquam ad vſum huius aceti, quod ego
cum experiri vel modicè voluerim, in teneſ-
mum me adegit, & veſicæ & inſtinatorum
rem moleſtiſſimam, ſi qua eſt alia, nec con-
uenit ventriculum habentibus ſenſibilem, aut
imbecillem, id eſt tenuem, aut rarum, aut an-
guſtis vaſis, aut in corpore ſenili, vel macilen-
to, aut admodum bilioſo. Scire neceſſe eſt
etiam, quibus maxime, & per ſe conueniat,
ſcilicet lienofiſs proprie, & ideo atræ bili, &
melancholiæ, at maxima pars morborum, qui
natura occidunt, ab hoc contingunt humore,
cæteri aut ob compoſitionem interficiunt,
aut effectus magnitudinem, aut imbecillita-
tem patientium, vel ob prauam curam. Sana-
bit igitur duros maxime tumores, refrigera-
tiones, viſcerum obſtructiones, lentas putre-
dines, fluxiones, & intemperies tabificas, fri-
gidas, & hæc qua ad eadem conſequuntur.
Bonum non eſt ſtudioſis, Veneris vſu gau-
dentibus, vitam ſegnem agentibus, membra
naturâ debilia habentibus, atque his omnibus
oxymel eiufmodi melius eſt aceto. Inquit
enim Meſues, oxymel ſcilliticum melius eſt
capiti, & ventriculo, & lien, ac pulmoni, (licet
tria

*Turpethum
ventriculi
ſcopa.*

*Aceti ſcilliti-
ci laus.*

*Vini ſcilliti-
ci laus.*

*Quibus non
conueniat
acetum ſcil-
litum.*

*Oxymelis cil-
litici laus.*

*Oua qua bo-
na.*

*Quibus vi-
num melius
ſit aqua.*

Vua paſſa.

*Pulegium ci-
bale medica-
mentum.*

*Hiera ſim-
plex Galeni.
7. Art. cur.*